

# DE MAGNALIBUS URBIS MEDIOLANI

QUI M[EDIOLANI] MAGNALIA NOSSE QUERIT,  
HOC [LIBRI] PLANI LUMINE CERTUS ERIT.

Universis catolice fidey copulatis ad quos hoc scriptum pervenerit frater Bonvicinus de Rippa, civis Mediolani, salutem et pacem in Domino; ceteris vero gentibus ab errore ad viam rectam per Omnipotentis gratiam pervenire. Cum animadverterem non solum gentes extraneas, verum quoque compatriotas meos in cuiusdam ignorantie dormientes deserto, nescientes Mediolani magnalia, oppinioni eorum succurrendum et consulendum fore extimavi, ut vigilantes videant et videntes cognoscant qualis et quanti sit nostra civitas admiranda. Hoc igitur opusculum anno a nativitate Domini nostri Yhesu Christi MCCLXXXVIII, pontificatus autem venerabilis patris domini Ottonis Vicecomitis Mediolanensis Ecclesie archiepiscopi anno XXVI, in regimine magnifici et potentis millitis domini Iaconi de Perusio honorabilis potestatis Mediolani et domini Matey de Vicecomitibus eiusdem terre populi capitanei, veritate rerum cum ingenti dilligentia et multo labore deliberate investigata, stimulo mediocri ad inteligendum legentibus habilli, nullius precum interventu, nullius inductione, nullius expectationis temporalis premii causa, sed potius inspiratione divina composui; eoque pacto ut, lecta et intelecta comendationis Mediolani veritate purissima, tria inde oportuna sequantur. Primum quidem, ut omnes huius civitatis amici omnesque carentes invidia, hec legentes et audientes magnalia, gratulabundi Deum glorificent; invidi autem convertantur aut propria contristantur et consumantur invidia. Secundum vero, ut omnes extranei Mediolanensium nobillitatem atque dignitatem scientes, eos ubique super omnes mortalles reveareantur et honorent, dilligant et deffendant. Tercium quoque, ut mei concives in hoc specullo se [intuentes et] quante oriundi sint patrie [contemplantes, a] nobilitate nequaquam degenerent [nec] patriam suam dedecoroso regimi [ne commaculent] et diffament. Hic dicet aliquis: ca[ve, nam]

# I GRANDOEUR DE MILAN

CHI L'È CH'EL VOEUR CONOSS I GRANDOEUR DE MILAN,  
EL SARÀ SICUR DE SAVEI CON L'AIUTT DE STO LIBER BELL CIAR.

**A** tutti quei che hinn ligaa de la fed cattòlica, che ghe rivarà chel scritt, hì, el fraa Bonvesin de la Riva, cittadin de Milan, el ghe augura salud pas in del Signor; ai alter, d'altra part, el ghe augura che per grazia e l'Onnipotent pòden dal peccaa rivà a la drizza via. Dato che me ont accorgiuu che minga domà i forestee, ma fina i mè concittadin òrmen in del desert de ona certa ignoranza e conossen nò i grandoeur de Milan, hoo stimaa che se dovess andà in aiutt e rovved ai penser sò de lor, in maniera che, dessedaa, guarden, e col guardà conossen quali e quanti sien i ròbb de ammirà de la nòstra città. Donca, in de l'ann mila e duserent vottantòtt de la natività del òster Signor Gesù Crist, vintisesesim del pontificaa del pader venerabil scior Otton Viscont, arcivescov de la Gesa milanese, sòtta l' governo del magnifich e potent cavalier Giacom de Perugia, morevol podestà de Milan, e del scior Matteo Viscont<sup>(1)</sup>, capitani del òpol in del medesim territòri, hoo traa insèma sto librett dòpo avè on gran diligenza e tanto laorà cercaa apòsta la verità di ròbb, per i capi facilment e senza fadiga ai lettor, senza che nissun me regass, nissun me costringess, senza la speranza de on prèmi temporal, ma putòst per ispirazion divina; e col penser che, ona vòlta aggiuda e capida la purissima verità de la esaltazion de Milan, ne regnen adree trè consequenz. Donca, prima: che tucc i amis de sta città e tutti quei che gh'hann minga de invidia, quand leggen e scolten i grandoeur sien content e ringrazien el Padreterno; che i invidios veci se convertissen ò se de nò che diventen pussee trist e sien onsumaa da la soa invidia. Pœu, segunda: che tucc i forestee che hann vegnuu a savè de la nobiltà e de la dignità di milanes, je verissen e je onoren, ghe voeuren ben e je difenden, in tutt i loeugh sora tucc i mortai. A la fin, terza: che i mè concittadin, vardandes sto spegg e pensand de che patria sien fioeu, gh'abbien mai de andà foeura de sta nobiltà, né gh'abbien mai de smaggià e disonorà

quamplurima malla sub specie boni secuntur. Liber iste ad alicuius extranei tyranni manus fortuito veniens, qui, intellectis Mediolani magnalibus, in tantum inebriabitur eius amore, ut perspicaciter et dollose scrutetur qualiter ipsum dominationi proprie valeat subiugare. Respondeo: tanta est civitatis naturalis libertas et corporum sanctorum copiosa tutela, quod alicuius extranee tyrannidis dominatio, sicut in nostris temporibus patuit, nisi civium assensu non permittitur occupata subsistere. Non igitur presumat tyrannus aliquis hic sedem suo preparare dominio: huius enim anguille caudam capiet lubricam et, cum crediderit eam cepisse, securum se credens, ex improvise reperiet se delusum.

Inter orbis terre provincias universalis fama Lombardiam, cum ratione situs, cum locorum et habitatorum frequentia, cum decore ac fertillibus planiciebus decore late colaudat, preponit, decorat. Et decorat inter Lombardie vero civitates Mediolanum, velut rosa vel liliū inter flores, velut cedrum in Libano, velut inter quadrupedia leo et inter volucres aquila, et in hoc omnis lingua constanter exaltatur. Nec mirum quidem, quod omnes civitates precellit. Consideretur enim tanti comitatus et sue diocesis tam situs quam habitationes et habitantium qualitas atque quantitas. Consideretur etiam fertilitas et omnium bonorum humanis usibus comunis ubertas. Consideretur eius fortitudo, constans fidelitas, laudanda libertas, [copia] dignitatum; quod sit inter [ceteras civi]tates velut sol inter celestia [corpora] manifeste patebit; quod sit papali [sedi apti]ssima, salva Romanorum pace, manifeste [alibi] explicabo per scripta. Mirabilia sunt que dicere gestio, ut res veritate seriatim specificata tam concivibus meis quam extraneis gentibus huius magne civitatis magnalia elucidius patefiant. Nec mirandum quia dixi concivibus; quoniam tanta et talia sunt, ut ipsiusque civitatis homines oriundi ad eius cognitionem plenariam vix valeant pervenire.

Ad faciliorem igitur dicendorum inventionem primo distinguemus huius opusculi capitula, que sunt octo. Primum est de commendatione Mediolani et comitatus eius ratione situs. Secundum, ratione habitationis. Tertium, ratione habitantium. Quartum, ratione fertilitatis et omnium bonorum confluentia. Quintum, ratione fortitudinis. Sextum, ratione constantis fidelitatis. Septimum ratione libertatis. Octavum, ratione dignitatis.

la soa patria cont on fà disonoreol. Chì on quaidun el disarà: «Varda che on sacch de maa el pò vegnì adree ai bònn intenzion. Se chel liber chì l'andass a finì per caso in di man d'on quai tirann forestee, quest, sentuu i grandoeur de Milan, el podaria inciocchiss de tanto amor de cercà cont intelligenza e malizia in che manera podè diventann el padron». Ma mì ghe rispondi: «L'è talment tanta la libertà natural de sta città e inscì granda la protezion di corp sant, che nissuna dominazion de on tirann forestee chicchinscì la pò durà se la gh'ha minga el consens di cittadin, come s'è veduu ai noster dì; e donca nissun tirann el podaria pensà de preparass chì ona sede de domini; de fatt lù el trovarà scarlighenta la coa de stainguilla<sup>(2)</sup>, e quand ben el credarà de avella ciappada, credend de vess secur, el se trovarà delus a l'improvvisa». Ona fama universal la loda, la onora, la mett denanz ai alter, fra tucc i provinc del mond, la Lombardia, per la soa posizion, per la freguenza di sit e di abitant, per la bellezza e la vastità de la soa fertil pianura. E fra tucc i città de Lombardia la onora verament Milan, come se fa con la ròsa ò el gili tra i fior, o el zeder in del Libano, o el leon tra i quadruped e l'aquila tra i usei, e in quest ogni lengua l'esalta semper. E gh'è minga de fass meravigli, perchè Milan l'è superior a tutti i città. De fatt, consideremm sia el sit che i cà e la qualità e quantità di abitant de la soa diòcesi e de tutt quell che gh'è intorna. Consideremm anca la fertilità e la bondanza de ogni ben per quell che pò servì ai òmen. Consideremm la soa fòrza, la fedeltà che gh'è semper, la libertà de lodà, la scioraria de la soa dignità; perchè el sarà ciar come Milan el sia in mezz ai alter città come el sò in mezz ai stell; perchè el sia la sede papal pussee giusta, con bona pas di Roman, el disaroo bell ciar con quell che scrivaroo. I ròbb che sont chì per cuntav sù hinn meraviglios, perchè i grandoeur de sta gran città, specificaa voeuna a la vòlta e con verità, sien bei ciar tanto ai mè concittadin che ai forestee. Né el gh'ha de fà meraviglia se hoo dii «ai mè concittadin»; dato che sti grandoeur hinn talment tanti che fina i medesim òmen che hinn nassuu in sta città fann fadiga a vegnì a conossi in pien. Per rend pussee facil donca la ricerca de quell che disaroo, per prima ròbba femm la distinta di capitol de sto librett, che hinn vòtt. El primm l'è su i qualità de Milan e su la natura del sit del sò circondari; el segond, su i abitazion; el terz, su i sò abitant; el quart, su la reson de la fertilità e l'insèma de ogni ben de Dio; el quint, su i motiv de la soa forza; el sest, su la costanza de la soa fedeltà; el settim, su la libertà; l'ottav, su la causa de la soa dignità.

## DISTINCTIONES PRIMI CAPITULI.

I. In primo capitulo declaratur prima Mediolani interpretatio et quod fuerit aliud nomen eius et a quibus editum. II. Secundo, aeris temperies. III. Tertio, aquarum qualitates, numerus puteorum sive foncium que sunt tantum in civitate et pretium eorum.

### De comendatione Mediolani ratione sytus.

I. Ratione situs considerata florentissima civitas nostra, quoniam in speciosa, preciosa fertilique planicie sita est, ubi aeris est temperies, a quo fluunt undique humano usui necessaria, inter duo flumina mirabilia equaliter inde distantia, [Tici]num et Abduam, cognoscitur gloriosa, no[n a]bs re asumpsit sibi nomen M e d i o l a n u m, quasi media lance inter amnes. Dicunt autem quidam, quod est mirandum, quoniam a sue ibi invento in medio tergo lanuto Mediolanum nomen accepit. Vocata quoque fuit antiquitus hec civitas A l b a, quoniam candoris fulgore, plus aliis carens viciorum tinctura, pre ceteris recanderet. Que quidem primo a Gallis fuisse edita secundum Istoriam Lombardam naratur: unde huic regioni nomen dederunt Galliam cisalpinam.

II. Eruntne ibi paludes aut lacus putride suis nebullis atque fetoribus aerem corrumpentes? Non certe; imo limpidi fontes et fertillia flumina. Inter estum solarem et planam convallem quasi in meditulo syta sani aeris temperiem sibi vindicat. Ideo non est ibi frigus intolerabile hiemis tempore nec in estate fit nimia caumatis estuatio. Non est hec civitas litoribus maris vicina, ubi nimius calor est in estivo tempore ab hora nona diei usque circha mediam noctem; inde vero usque ad horam diei terciam cuiusdam aure marine frigidissimè nocivus rigor sentitur.

III. Sunt in civitate non cisterne, non aquarum a longe conductus, imo aque vive naturalles et humano usui potatu mirabiles, limpide, salubres, habilles, nullo ariditatis tempore deffective, in tanta copia, ut in unaquaque fere domo decente sit fons, qui dicitur puteus, aque vive.

## **DISTINZION DEL PRIMM CAPITOL.**

I. In del primm capitol se spiega prima de tutt l'interpretazion del nòm de Milan e qual alter nòm gh'è staa daa e de chi. II. Per second, el sò clima. III. Per terz, i qualità di acqu, el numer di pozz ò di sorgent che hinn domà in de la città, e el sò valor.

### **Esaltazion de Milan per la soa posizion.**

I. La nòstra città inscì pròspera, in riguard a la soa posizion, l'è diventada famosa dal moment che l'è missa in d'ona pianura bella, preziosa e fertil, in doe l'aria l'è temperada, de doe ven foeura de tucc i canton tutt quell che l'è necessari ai òmen, in mezz a duu bei fiumm miss a la stessa distanza, el Tesin e l'Adda, e con reson l'ha ciappaa el nòm de Mediolanum, come se fudess ona lancia in mezz ai fiumm. On quaidun però el dis, e l'è strasordenari, che l'ha ciappaa el nòm Mediolanum dal moment che lì l'è staa trovaa on porcell quattaa de lana in mezz a la s'cèna<sup>(3)</sup>. Ona vòlta sta città la ciamaven anca Alba, perchè, dato che l'era la men smaggiada di vizzi, la sberlusiva pussee di alter cont el sò luentissim candor. Second la Stòria Lombarda<sup>(4)</sup> la città l'è stada fondada da i Gall: per quest a tutta la region gh'hann daa el nòm de Gallia Cisalpina.

II. Gh'è fòrsi lì di palud o di lagh marsc che impèsten l'aria con la nèbbia e la spuzza? Nò de segura; al contrari gh'è di sorgent limpid e fiumm che pòrten fertilità. Logada quasi a metà strada tra el calor del sò e la pianura de la convall, la se vanta de 'vegh on'aria sana e temperada. E alora ch'è d'inverna gh'è nò on fregg birbon, e d'estaa el cald el diventa mai tròpp infogaa. Sta città l'è nanca vesina a la riva del mar, in doe d'estaa el calor l'è foghent dai noeuv or de la mattina fin vers la mezzanòtt; e poeu dòpo fina ai trè or de mattina se fa senti el rigor dannaa de l'aria gelada che la ven del mar.

III. Denter la città gh'hinn minga di cisterna e nanca di condòtt che pòrten l'acqua de lontan, ma puttòst di acqu viv natural e bonissim per vess bevuu dai òmen, limpid, san, a portada de man, che manchen mai anca col temp succ, in tanta abondanza che quasi in ògni cà che se rispetta gh'è la soa fontana de acqua viva, che ghe ciamen pozz.

Et sicut investigatione dilligenti, licet non in toto serio facta, comprehendere potui, plures quam sex millibus vivorum foncium proculdubio prestant cotidie civibus aquam vivam. Inter quos quamplurimi sunt quorum aque videntur gustui quasi sapide tanteque subtilitatis, ut tam vasa lignea quam vitreas ampullas in quibus posite fuerunt sine magni temporis distantia penetrant.

Quibus qui potando se ad sufficientiam saciabunt, non eis nocebunt, sed potate subtilitate ac levitate sua statim per poros membrorum discurrent et mirifice digerentur. Sunt etiam in comitatu aque foncium limpidissime et in tantum alicubi frigidissime, unde si in eis estivo tempore ponantur ampulle vino pregnantes, unde ibi vinum refrigeretur, virtute frigiditatis earum vitrea vasa franguntur, nisi brevi spatio temporis inde tollantur.

Nulla sub celo civitas tanta tallium fontium copia cognositur nec creditur copiosa. Audeo quoque aperte clamare quod plus nostrarum valet aquarum copie preciositas quam aliarum quarundam vini simul et aque totalitas civitatum. Hoc etiam secure annuncio, quia sunt civitates quam multe, que tantummodo tres de fontibus nostris ducentis milibus marcharum argenti, si fieri posset, redimerent pro comuni. Fit in eius territorio bladi, vini, leguminum, fructuum, arborum, feni et aliorum bonorum copia, sicut patet.

Est ergo ratione aeris, ratione aquarum, ratione fertilis atque pulcerrime planicie, situ collocata mirabilli; cuius rey est fulgidum signum, quoniam quamplurimi senes grandevi et anus in etate ibi reperiuntur viventes decrepita, et etiam quia progeniei feconditas, populi frequentia, omnium bonorum prosperitas mirabilli modo quotidie per Dei gratiam perducitur in augmentum.